HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift

bitant inconspectu dñi. comedantq; & bibant. & impleantur
omnib bonis que inconuiuii letitiā cuncta fuerint labore
collata. Sin autē tyrū sermo diuinus ad penitentiā cohor
tatur. & labores eius atq; mercedes dño sēificandas eē pmittit.
qui ñ peccatoē spem salutis habeant. sitam bene cecinerit.
& uniuersę chordę uirtutū quę quondā fuerant relaxatę in
laudes dñi ēponantur. Legimus in quadragesimo quarto
psalmo qui specialiter ad coniunctionē sponsi & sponsę idē
ad dñi saluatoris & ecclę pertinet sacramenta dicit inter cetera
filia tyri in muneribus faciem tuā precabunt diuites terre.
& ipse rursum sponsus ad sponsam tyriā loquitur. Audi
filia & uide. & inclina aurē tuā & obliuiscere populi tui
& domus patris tui. quia ēcupiscet rex decorē tuū. Vnde & in
descriptione pulchritudinis ei infertur. Astitit regina ad
dextris eius in uestitu deaurato. circūdata uarietate. & interū.
omnis gloria filię regis intrinsecus. Sin autē concupiuit
rex pulchritudinē tyrię penitentis. & uariarū habentis or
namenta uirtutū. quanto magis merces eius. & negotia
tio ñ in tyro pmanentiū si. eo erit qui habitant inconspectu
dñi. qui postquā egerint penitentiā audierint ad ñro saluatore comedite amici & bibite & inebriamini
carissimi. Quid sit autē comedere & bibere & saturare omniū
collatione uirtutū. fidelis lector intellegit. Septuaginta an
nis desolatū fuisse templū & hieremias & daniel & zacha
rias docent. & in ezechiele legimus de sodoma qd restituatur
pristinū. & de egypto qd post desolationē terre egypti
& ariditatē septem fluminū ueterē recipiat ubertatē.
septenarius autē & septuagenarius numerus qui uel de singulis
dieb uel de septē conficitur decadis pfectā significat & con
summatā penitentiā. ut iuste tyrus expleto penitentie
tempore pristinū redeat statū. De hac arbitror mere

& septuagenarius